

rium ad consanguineos, amicos, vel quosvis alios pertinentibus occupentur... Nam cum Constitutiones nostrae part. 6. cap. 3. §. 7. hujuscemodi negotia, tanquam à nobis aliena, nullo modo permittant; diligentissime curandum est, ut intra nostri Instituti limites, proximos juvare conemur. *Ibid. Decret. 48.* — Ut ab omni specie mali absteineamus, et querulis quoque ex falsis suspicionibus provenientius, quoad ejus fieri poterit, occurramus; praecipitur nostris omnibus in virtute Obedientiae, et sub poena inhabilitatis ad quaevis officia, et dignitates seu praelationes, vocisque tam passivae quam activae privationis, ne quispiam publicis, et saecularibus Principum negotiis, quae ad rationem status, ut vocant, pertinent, ulla ratione se immiscere audeat, vel praesumat. *Can. 12. Congr. V. Vol. I. pag. 716.*

(66) (Pág. 129.) Sub praecepto prohibentur ea omnia, quae à spirituali instructione diversa sunt, qualia sunt, quae ad Principum inter se foedera, vel ad regnorum jura, et successiones pertinent, vel ad bella tam civilia quam externa. At si quis publicis harum, similiumque rerum consiliis interesset aut tractandis iis operam reipsa impenderet, contra duodecimum canonem Congregationis quintae fecisse censendus esset. *Can. 13. Congr. VII. Vol. I. pag. 721. — Vide la nota anterior.*

(67) (Pág. 130.) Quandocumque Societas hujusmodi officia defugere non poterit. *Ordinat. Gener. de Confess. Princip. §. 1. Vol. II. pag. 259.* — Ut et Princeps inde adjuvetur et Populus aedificetur. *Ibid.* — Ne aulam nimis frequentet, aut eo non vocatus se conferat, nisi pia aliqua necessitas ire compellat. *Ibid. §. 4.* — Caveat ne se implicet externis negotiis ac politicis, memor eorum quae à quinta Congregatione generali severissime praescribuntur. *Can. 12. et 13.* Sed in ea solum incumbat, quae ad Principis conscientiam pertinent. *Ibid.* — Nullo modo suam operam interponat ad compositiones, ut vocant, ineundas, favorique aut muneri conciliando, vel ad gratiam, justitiamve ulli procurandam. *Ibid. §. 3.* — Cum difficile sit Principibus viris, Confessarios de nostris postulantibus, denegare, ut integre hac in re et sincere agatur, ne dum aliis nostris ministeriis prodesse cupimus, paupertati nostrae damnum afferamus; statuit Congregatio VI. (*Decret. 21.*) ubi instructionem illam pro Confessariis Principum à R. P. Claud. Aquaviva coaectam sua auctoritate sancivit, nemini nostrorum licere, eo maxime nomine, quod cum Principibus ac viris primariis familiariter agant, vel eorum Confessarii sint, ab iis quidquam ad proprium usum aut dispositionem accipere, neque Superiores ad eam rem potestatem facere posse. *Vol. II. pag. 350.* — Animadvertat, quanto majori in gratia fuerit apud Principem... ne unquam propterea verbo nedum scripto res ulla, aut negotia Principis Ministris commendanda suscipiat...

multoque magis cavendum ne se ad monendos reprehendendosque Principis nomine Ministros, et Aulicos interpretem adhiberi sinat. §. 6. *Vol. II. pag. 260.* — Ut uno verbo dicantur omnia, meminerit se Confessarium tantum esse, omnia proinde quae ab hoc munere aliena sunt, ab illo pariter aliena esse oportere. *Ibid. §. 11.* — Videat etiam atque etiam ne suboriatu opinio, quasi ipse multum possit, et Principem pro arbitrio suo regat: praeterquam enim quod odiosa, et omnibus ingrata res est, atque adeo Principi ipsi parum honorifica; incredibile praeterea Societati damnum afferet. *Ibid. §. 7.* — Caveat ad extremum, ne occupationes, et res aulicae spiritum relaxent; quin majori cura incumbat per orationem, exercitia spiritualia, frequentia sui examina, ut conjunctum cum DEO Domino nostro instrumentum efficiatur. *Ibid. §. 13.* — Ostendat oportet petentibus (*Confessorem Principibus*) Instructionem hanc nostram, ut plane intelligant quid Societas ab eo postulet, quem Confessarium sibi eligunt. *Ibid. §. 14.*

(68) (Pág. 132.) Proponatur verbum DEI populo assidue in Ecclesia; in concionibus, lectionibus, et in Christiana Doctrina, per eos quos Superior probaverit, et ad tale munus destinaverit. *Const. pars. 7. cap. 4. §. 6. Vol. I. pag. 421.*

(69) (Pág. 132.) Aliquae occupationes (*sunt*) universalioris boni, et quae se ad plurimum auxilium extendunt, ut concionari... aliae magis particulares, ut confessiones audire... si utrisque vacare non potest, priores praeferantur. *Const. pars. 7. Cap. 2. E. Vol. I. pag. 419.*

(70) (Pág. 132.) In concionibus eo modo proponendis qui aedificationi populi conveniat... se etiam exerceant (*Scholastici*) *Const. pars. 4. Cap. 8. Vol. I. pag. 390.*

(71) (Pág. 132.) Curabit Pater Generalis, ut qui sunt è nostris concionaturi publice, qui etiam confessiones audituri, ii sint ad ea munera obeunda sufficienter instructi. *Decret. 62. Congr. II. Vol. I. pag. 499.* — Cum concionatorum munus tanti momenti sit, et ex praecipuis, quae Societas ad proximorum salutem procurandam exercet, diligenter à Superioribus curandum est, ut qui ad hoc munus talentum à Domino acceperunt; bene ab ipso etiam studiorum tempore in hunc finem instituantur, ut possint suo tempore illud bene ad DEI gloriam et proximorum salutem fructuose exercere. Quare si perspiciantur hujusmodi esse, in humilitate, et coeteris virtutibus bene fundentur, quo tutius id muneris exequi suo tempore possint. *Instr. pro Concion. n. 1. Vol. II. pag. 306.* Qui talenta ad concionandum ostendunt, praesertim rariora, non diutius quam par est in docendi munere... detineantur. *Ibid. núm. 10. pag. 308.*

(72) (Pág. 132.) Modus concionandi qui à Scholastico diversus esse debet, ita sit ad docendum comparatus, ut ad ani-



morum motum praecipue dirigatur. *Reg. Concion. 19. Vol. II. pag. 141.*

(73) (Pag. 132.) Lectioni sacrae Scripturae, ac Patrum praecipue incumbant. Conferet etiam particulari studio vidisse Evangelia toto anno currentia, et in eis ea quae usui esse possunt, adnotasse. *Ibid. 4. pag. 140.* Antequam concionandi munus suscipiant, privato studio sacrae Scripturae, et legendis Patribus, ac sanctae meditationi saltem per annum vacent. *Instr. pro Concion. 7. Vol. II. pag. 307.*

(74) (Pag. 133.) Conferet... praevideat etiam, quod ad vitia pertinet, et in eorum detestationem inducit, et remedia eidem applicanda; sicut è contrario, quae ad praecepta, ad virtutes, ad bona opera pertinent, tum ea quae movere possint ad illa amanda, et media etiam ad eadem consequenda. *Const. pars 4. cap. 8. B. Vol. I. pag. 391.*

(75) (Pag. 133.) Hujusmodi media [*bene concionandi*] sunt bonos audire concionatores. *Const. pars 4. cap. 8. C. Vol. I. pag. 391.*—Vidisse praeceptiones, quas de modo concionandi illi tradunt, qui bene hoc munus obierunt. *Ibid.*—Se in concionibus domi, aut in Monasteriis exercere. *Ibid.*—Bonum habere Correctorem, qui de erroribus admoneat. *Ibid.*

(76) (Pag. 133.) Doctrina exacta, et solida, et modus eam proponendi populo in concionibus... diligenter curanda sunt. *Const. pars 10. cap. unic. Vol. I. pag. 446.*—Studeant ad id munus (*Concionatoris*) linguam populo vernaculam bene addiscere. *Const. pars 4. cap. 8. §. 3. Vol. I. pag. 390.*—Tum in rebus quae dicuntur, tum in voce, tonis, gestibus et motibus. *Ibid. C.*—Convenit, omnes exerceri... in concionibus domesticis: ut... aliquem usum comparent, quod ad vocem, et modum attinet, et ad reliqua, et ut speciem talenti... praebeant. *Const. pars 3. cap. 1. §. 21. Vol. I. pag. 373.*

(77) (Pag. 134.) Non est existimandum, ad eundem concionandi modum, vel unius celeberrimi concionatoris imitationem nostros adigendos esse: communia vero documenta ad proprium, quem quisque à natura habet, concionandi modum, et facultatem accommodanda sunt. *Instr. pro Concion. §. 6. Vol. II. pag. 307.*—Memores sint (*Concionatores*), vocatos se esse ad reducendas animas suo Creatori: quod cum sit opus omnium difficillimum, summo studio media illa adhibeant, quae instrumentum cum DEO conjungunt: ejusmodi sunt solidae virtutes, ac praecipue caritas, pura intentio divini servitii... et zelus sincerus animarum. *Reg. Concion. 2. Vol. II. pag. 140.*—Refert plurimum procul admodum omnem avaritiae speciem ablegasse, nullos redditus, vel possessiones, vel stipendia pro verbi DEI Praedicatione... admittendo. *Const. pars 10. cap. unic. §. 5. Vol. I. pag. 446.*—Ne quid oblatae pecuniae concionator accipiat: sed si quis offerat, eam

ad Collegii vel Domus loci, ubi concionatus est, Superiorem remittat. Superior offerenti declaret, nihil praeter id, quod ad concionatoris sustentationem, et viaticum fuerit expensum, aut necessarium, accipi à nobis posse. *Decret. Congr. XII. Vol. I. pag. 658.*—Caveant arrogantiam et ostentationem in concione: humilitatemque, cui ex intimo cordis affectu studere debent, in omni actione prae se ferant. *Reg. Concion. 18. Vol. II. pag. 141.*—Si quando occasio tulerit, ut alius eodem tempore concionari velit, quantum in ipsis erit, libenter cedant. *Ibid. 8.*—Ita operam suam in celebrioribus concionibus libenter impendant, ut non minus se ad docendos pueros, et alios rudes instruendos, faciles, et paratos exhibeant. *Ibid. 7.*

(78) (Pag. 134.) Enitantur cum DEI gratia esse coeteris exemplo: ut non minus vita quam doctrina ad omnem virtutem proximos alliciant. *Ibid. 3.*—Ea populo proponant, quae ad captum, et utilitatem auditorum erunt accommodata; iisque insistant, quae ad christianam institutionem, et quae ad extirpanda vitia, et virtutes inserendas valent: et à rerum subtilium curiosae tractatione se absteant. *Ibid. 9.*—Commendantur peculiari ratione poenitentiae et misericordiae opera, sanctarum precum, et aliarum piarum devotionum exercitia, utilium librorum lectionem, et bonam filiorum educationem. *Ibid. 11.*—Ne rumoribus populi moveantur, ut nova, et parum confirmata in publicum afferant; et multo minus ea populo proponant, quae alioqui dubia, et incerta sunt. *Ibid. 14.*

(79) (Pag. 134.) Ne sint affectati, aut verborum lenocinia sectentur: nec studio politioris sermonis eos libros habeant familiares ex quorum lectione detrimentum in spiritu accipiant, et saeculare aliquid redoleant. *Ibid. 20.*—In laudibus, et reprehensionibus à nimis exaggerationibus... absteant. *Ibid. 21.*

(80) (Pag. 135.) Gestus corporis sit modestus, et in quo gravitas quaedam religiosa praecipue eluceat: vocemque accommodent ad res, quas tractabunt; proinde eam, ubi non est opus, ne praeter modum extollant, aut deprimant. *Ibid. 22.*—Ab omni specie adulationis absteant. *Ibid. 21.*—Caveant, ne Religiosos aliorum Ordinum, quos revereri, et observare debent, etiam tacite videantur reprehendere... reprehensionem alicujus particularis... ne attingant. *Ibid. 13.*—Caveant omnino, ne facetiis, aut inutilium rerum narratione, concionem contemptibilem faciant, iisque auditores ad risum moveant; vel contra, ut ad sletum excitent, spectanda aliqua populo proponant. *Ibid. 16.*

(81) (Pag. 135.) Cum experientia doceat, et sanctae memoriae Pater Ignatius scriptum reliquerit, nihil utilitatis percipi ex iis concionibus, in quibus Principes, et Magistratus Reipublicae, Praelati, et alii Ecclesiastici in particulari re-



prehenduntur; concionatores nostri ab hujusmodi reprehensionibus abstineant. *Ibid.* 12.— Commendare debent... quae ad cultum divinum pertinent, eamque obedientiam, quae Principibus et Praelatis, qui DEI in terris vices gerunt, exhibenda est. *Ibid.* 10.

(82) (Pág. 138.) *Bull. Vol. I. pág. 92.*

(83) (Pág. 138.) Alias siquidem per nos accepto, quod plerique probi, et pii adolescentes bonarum litterarum studiis in Collegio nostro Societ. JESU de urbe insistentes... singulari erga Beatissimam M. V. DEI genitricem affectu ducti, ac etiam Lectorum et Magistrorum suorum, adhortationibus ad id accensi, Ecclesiam Annuntiationis ejusdem B. Mariae, in corpore aedificiorum dicti Collegii consistentem, certis statutis diebus, et horis frequentare, et cum eximia devotionis sinceritate, cordisque contritione conscientiam suam per Confessionis, et Sanctissimae Eucharistiae ministerium expurgare, ac divinis officiis, colloquiis, et exhortationibus spiritualibus, aliisque piis, et salutaribus operibus vacare soliti erant, factoque exinde ut ad illorum exemplum, majori aliorum concursu, mutuis studiis se invicem consociaverant, Nos, ut pium hoc Institutum peramplius coalesceret, eisdem, et aliis Christi fidelibus, hujusmodi spiritualibus operibus, et exercitiis pro tempore addictis, nonnullas indulgentias, et peccatorum suorum remissiones concessimus prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Cum autem, sicut exhibita nobis nuper, pro parte dilecti filii Praepositi Generalis dictae Societatis petitio continebat, in diversi mundi partibus, et praesertim insignioribus Europae Civitatibus, ejusdem Societatis Collegia ad juventutem bonis moribus, et virtutibus ornandam, ac vera pietate sacraque doctrina imbuendam, propagari; illorumque externi scholares ibidem studiorum causa confluentes, optima devotionis, ac piorum operum, cujusmodi exercitia ferventi studio imitari, et exinde multiplices fructus ad DEI gloriam, ac B. Mariae Virginis honorem, nec non publicam salutem, et spiritualem consolationem provenire coeperint; et operae pretium sit, etc etc. *Bull. Vol. I. pág. 88, 92, et 96.—Ibid. pág. 110.—*Praeclaris Romanorum Pontificum Praedecessorum nostrorum, de inclita Societate JESU bene meritissimorum vestigiis insistentes, eandem Societatem, cujus Religiosi alumni Christi bonus odor sunt, et ubique gentium habentur, ex eo praesertim quod adolescentes ad eorum sacras aedes accedentes, tam in bonarum artium, doctrinarum, ac disciplinarum studiis, quam in Christianae Religionis ac pietatis operibus, et exercitationibus erudiantur, omnem operam studiumque impendere magno cum eorundem adolescentium profectu gerunt, novis etiam Pontificiae nostrae benignitatis testimoniis cumulare non dubitamus... Hujusmodi supplicationibus inclinati (*Praeposi-*

ti Generalis) (omnes et singulas gratias, indulgentias, remissiones, et relaxationes ante dictas, auctoritate, et tenore paribus non solum confirmamus, et de novo, quatenus opus sit, servata tamen illarum forma, et dispositione, concedimus; verum etiam, auctoritate nobis à Domino tradita, ac de Omnipotentis DEI misericordia, et BB. Petri, et Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, ita extendimus, ampliamus, et elargimur; ut omnes, et singuli adolescentes, etc. etc. *Bull. Vol. I. pág. 235 et 236.*

(84) (Pág. 139.) *Bull. Vol. I. pág. 92.—Ibid. pág. 90 et 243.*

(85) (Pág. 146.) Legimus spiritualia haec Exercitia, placentque nobis valde: et digna judicamus quae ab omnibus orthodoxae fidei cultoribus recipiantur, et magni fiant.

CARDINALIS BURGENSIS.

Concedimus ut opus hoc omni laude dignum, et Christianae professioni proficuum, imprimatur.

PHILIPPUS VICARIUS.

Cum nequeat subsistere diu Christiana Religio sine exercitiis, et meditationibus aliquibus spiritualibus (in meditatione enim, inquit Vates, exardescit anima mea) nullas arbitror magis opportunas his, quae proculdubio ex Scripturarum studiis, et longo rerum usu natae sunt.

F. ÆGIDIUS FOSCARARIUS.—Magister Sacri Palatii.  
*Exercit. spirit. Vol. II. pág. 389.*

(86) (Pág. 149.) Nos igitur qui documenta, et exercitia hujusmodi examinari fecimus, et qui testimonio, et relatione dilecti filii nostri Joannis tit. S. Clementis, Presbyteri Cardinalis Burgensis Episcopi, ac haereticae pravitatis Inquisitoris, et venerabilis fratris nostri Philippi Salutarum Episcopi, ac dictae urbis nostrae in spiritualibus Vicarii generalis, nec non dilecti filii Ægidii Foscararii nostri sacri Palatii Magistri, nobis desuper facta pietate ac sanctitate plena, et ad aedificationem, et spiritualem profectum fidelium valde utilia, et salubria esse et fore comperimus; debitum etiam respectum ad fructus uberes, quos Ignatius, et ab ipso instituta Societas praefata, in Ecclesia DEI ubique gentium producere non cessant, et ad maximum adjumentum, quod ad id exercitia spiritualia attulerunt, non immerito habentes hujusmodi supplicationibus inclinati; documenta, et exercitia praedicta, ac omnia, et singula in eis contenta, auctoritate praedicta, tenore praesentium, ex certa scientia nostra, approbamus, collaudamus... communimus, hortantes plurimum in Domino omnes, et singulos utriusque sexus Christi fidelibus ubilibet constitutos, ut tam piis documentis, et exercitiis uti, et illis instrui devote velint. *Exercit. confirmat. Paulo III. Volum. II. pág. 387.*

(87) (Pág. 149.) Illud etiam in particulari attingi potest non debere eum legere, nisi scripta, quae ei tradduntur... \*



librum Gersonis (*Thomae à Kempis*) de imitatione Christi... aliquid ex Evangelis, et Sanctorum vita, etc. *D.r. cap. 3. num. 2. Vol. II. pag. 437.*—Posset etiam addi aliquis alius liber... vertendo, ut non solum boni, et utiles sint, verum etiam apti hoc ad et opportuni ad gignendum illum affectum, qui eo tempore in exercitiis quaeritur, ut contritionem, vel timorem, vel DEI amorem, etc. *Ibid. §. 4. pag. 438.*

(88) (Pag. 150.) Inter alia quae Instructor attendere debet, est etiam illud, ne qui exercetur, caput laedat nimia attentione orandi. *Direct. Vol. II. num. 3. pag. 442.* Qui vero... inhabiles, non debent iis tradi exercitia omnia. *Ibid. num. 7. pag. 456.* Si vacans exercitiis cernatur... fervore magno ferri, obvium est. *Annot. ad Exerc. 14. Vol. II. pag. 391.* Ne cui rudi, aut imbecilli, seu debili ea imponantur, quae ferre non possit citra incommodum. *Ibid. annot. 18. pag. 392.*

(89) (Pag. 151.) Quicumque in hujusmodi Missionibus versantur sibi persuadeant, rem maximi ponderis in Societate sibi commissam esse. *Reg. Mission. 1. Vol. II. pag. 441.*

(90) (Pag. 153.) Ita se componere studeant, ut apta DEI instrumenta ad rem tantam esse possint. *Ibid.*—Omni studio enitentur, ut continuam, veramque inter se unionem habeant, cum patendi desiderio. *Instr. pro Mission. 2. Vol. II. pag. 322.*—Cum ingressi fuerint loca ea, in quibus Ordinarii resident, eos quam primum adeant, suamque operam illis submisce offerant, et facultatem ad exercenda Societatis ministeria modeste ac religiose petant. *Reg. Mission. 7. Vol. II. pag. 142.*—Cum primum ad oppidum, seu vicum pervenerint... agant cum Parocho, vel alio Cleri praeposito; ostensis patentibus declarent sibi hoc unum esse propositum, ut Doctrinam Christianam tradant, Confessiones audiant, pacificationes procurent, etc. *Instr. pro Mission. 3. Vol. II. pag. 322, et 323.*—Prudenter ac mature operam dabunt, ut notitiam habeant probatorum virorum, et pietate, ac rebus agendis insigniorum, quorum informatione, vel auxilio juvari possint ad ministeria Societatis majore cum fructu animarum exercenda. *Reg. Mission. 8. Vol. II. pag. 142.*—Interrogent eundem Presbyterum de peccatis populi magis usitatis, de usuris, inimicitis, abusus, superstitionibus, etc. ut majori cum luce, et utilitate animarum sermones suos, laboresque dirigant. *Instr. pro Mission. 4. Vol. II. pag. 323.*—Procuretur quam primum commoditas populi convocandi... exponatur causa, et finis adventus ipsorum, bona cum venia, et facultate Ordinarii... significetur etiam, nullum hic lucrum quaeri, nec pecunias... nulli proinde se graves futuros. *Ibid. 5.*—Media spiritualia quibus... uti poterunt, fere sunt Ministerium verbi DEI in praedicationibus, sacris lectionibus, privatisque exhortationibus... Sacramentorum Confessionis, et Eucharistiae administratio, Exercitiorum spiritualium traditio, dissidentium reconciliatio... Christianae Doctrinae ad pueros,

ac alios rudes publica declaratio. Corporalibus etiam pietatis operibus, quantum spiritualia permittent, et vires patientur, incumbere poterunt, ut infirmos praecipue in Xenodochiis, per se vel per alios juvando, etc. *Reg. Mission. 11. et 12. Vol. II. pag. 142.*—Eam animi magnitudinem, et aequalitatem retinere studeant, ut et prosperis successibus, et adversis superiores sint, quo nullo eventu fracti, nec religiosae modestiae, nec sanctae libertatis quidquam amittant. *Ibid. 16.*—Nec bonae de se conceptae existimationis, quae ad fructum colligendum necessaria est, quidquam amittant. *Ibid.*—Quamvis optare debent, ut in sua quisque vocatione proficiat... nullam tamen reformationi Cleri, aut Monialium, aliorumve Religiosorum curae partem admittant: sic enim fiet, ut munus suum sine impedimento exequi, et populum ad uberiores fructum ex visitatione percipiendum, sine offensione disponere possint. *Ibid. 19.*—Quae DEO auctore perficient, ea quantum licebit, ita constituent, ut stabilia sint, et diu durare possint. Quod facilius obtinebunt, si res convenienti ordine disponant. *Ibid. 23.*—Procurent tum in hac, tum in coeteris rebus intimam unionem cum DEO, à quo pendet omnis actionum nostrarum recta institutio et efficacia. *Instr. pro Mission. 2. Vol. II. pag. 322.*—Si quando Praelatum aliquem in visitanda Dioecesi comitantur, nihil se in negotiis ad visitationem spectantibus, aliisve id genus ad jurisdictionem pertinentibus immisceant; sed iis tantum ministeriis attendant, quae sunt nostri Instituti propria. *Reg. Mission. 18. Vol. II. pag. 145.*—Cum propter nullas occupationes intermittendum sit propriae perfectionis studium, diligenter animadvertant, ne praetextu procurandae aliorum salutis, propriae perfectionis obliviscantur, ipsamque propriam salutem ea ratione in discrimen adducant. *Ibid. 25.*—Conversationem cum saecularibus nimiam non habeant, aut incautam, aut quae saecularem sapiat. *Ibid. 26.* Foeminarum visitatio multo magis in Missionibus, quam in Domibus et Collegiis interdicitur. *Decr. 39. Congr. VI. Vol. I. pag. 384.*—In omnibus se integritatis, et gravitatis exemplum praebeant. *Reg. Mission. 26. Vol. II. pag. 145.* Quas quidem (*res ad victum necessarias*) ad sustentationem sufficientes esse oportebit: sic tamen, ut aedificationi semper consulatur. *Instr. pro Mission. 3. Vol. II. pag. 323.* Pecuniam, quoad fieri potest, non accipiant: si accipere cogantur, sic impendant, ut memores sint paupertatis, etc. *Ordinat. General. cap. 1. §. 18. Vol. II. pag. 242.*—Soepe illud Domini mente revolvant: *Quid prodest homini, si universum mundum lucretur, animae vero suae detrimentum patitur?* *Reg. Mission. 25. Vol. II. pag. 143.*

(91) (Pag. 179.) Ne Magistri classium inferiorum docendi rudes ad docendum accedant... Rector deligat unum aliquem docendi peritissimum, ad quem ter in hebdomada per horam convenient proxime futuri Praeceptores ad novum instituendi



magisterium; idque vicissim praelegendo, dictando, scribendo, emendando, aliaque munia boni Praeceptoris obeundo. *Reg. Rect. 9. Vol. II. pág. 177.*

(92) (Pág. 193.) Id dictum sit, in quovis Collegio Regulas, quae ad omnia necessaria descendant, constitui debere. *Const. pars 4. cap. 7. §. 2. Vol. I. pág. 389.*—Disciplinam omnem nihil aeque continet, atque observatio regularum. Haec igitur praecipua sit Magistri cura, ut discipuli ea, quae in eorum regulis habentur, observent. *Rat. Studior. núm. 39. Vol. II. pág. 207.*

(93) (Pág. 193.) Quod spe honoris ac premii, metuque de-decoris facilius quam verberibus consequitur. *Ibid.*—Nec in puniendo sit praeceptus. *Ibid. 40.*—Nec in inquirendo damno. *Ibid.*—Dissimulet potius, cum potest sine cujusquam damno. *Ibid.*—Cum quibus sola verba bona et exhortationes non sufficiunt, Corrector (*qui de Societate non sit*) constituatur.... aliis amanter quidem persuadere convenit. *Const. pars 4. cap. 16. §. 5. Vol. I. pág. 399. et A. 400.*—Nullum ipse plectat, id enim per Correctorem praestandum. *Rat. Studior. núm. 40. Vol. II. pág. 207.*

(94) (Pág. 193.) Omnino à contumelia, dicto, factove inferenda abstinere: nec alio quempiam, quam suo nomine vel cognomine appellet. *Ibid.*

(95) (Pág. 194.) Si necesse videretur, discipulorum causa, cum eorum parentibus interdum loqui, accersendi.... vel etiam si personae dignitas postulet, conveniendi. *Ibid. núm. 46.*

(96) (Pág. 194.) Poenae etiam loco aliquid litterarium addere ultra quotidianum pensum, utile interdum erit. *Ibid. núm. 40.*

(97) (Pág. 194.) Familiarem non se uni magis, quam alteri ostendat. *Ibid. núm. 47.*—Pauperum studiis aeque ac divitum bene prospiciat. *Ibid. núm. 50.*—Profectum uniuscujusque é suis Scholasticis speciatim procuret. *Ibid.*—Contemnat neminem. *Ibid.*

(98) (Pág. 194.) Cum nec verba, nec Correctoris officium satis esset, et in aliquo emendatio non speraretur, aliisque esse offenculo videretur; praestat à Scholis eum remove, quam, ubi parum ipse proficit, et aliis nocet retinere... quamvis, quoad ejus fieri poterit, in spiritu lenitatis, pace et caritate, cum omnibus conservata, sit agendum. *Const. pars 4. cap. 16. §. 5. et B. Vol. I. pág. 400.*

(99) (Pág. 196.) Feratur autem ejus (*Magistri*) peculiaris intentio tam in lectionibus, cum se occasio obtulerit, quam extra eas, ad teneras adolescentium mentes obsequio et amori DEI, ac virtutum, quibus ei placere oportet, praeparandas. *Reg. Comm. Prof. núm. 1. Vol. II. pág. 203.*—Missae, et Concioni curet ut intersint omnes, Missae quidem quotidie, Concioni vero diebus festis. *Ibid. núm. 3.*—Hortetur autem (*Discipulos*) potissimum ad orandum DEUM quotidie.... ad excu-

tiendam conscientiam vespere; ad Sacramenta Poenitentiae, et Eucharistiae frequenter ac rite obeunda.... ad virtutes denique colendas Christiano homine dignas. *Ibid. núm. 5.*—Pietatem vero in eandem (*Beatissimam*) Virginem, et Angelum etiam Custodem discipulis diligenter suadeat. *Ibid. núm. 7.*—Studium etiam congruum in modo tradendae Doctrinae Christianae, qui sit captui puerorum, ac rudium accomodatus, adhibeatur. *Const. pars 4. cap. 8. §. 6. Vol. I. pág. 590.*—Explicationi Catechismi omnes (*Discipuli*) intersint, ejusque compendium ediscant. *Rat. Stud. Reg. ext. Audit. Soc. núm. 4. Vol. II. pág. 221.*

(100) (Pág. 198.) Diligenter curetur, ut qui Litteras discendi gratia ad Universitates Societatis se conferunt, simul cum illis bonos, ac Christianis dignos mores addiscant.... et ut omnia sua studia ad hunc finem referant. *Const. pars 4. cap. 16. cui titulus: De iis, quae pertinent ad bonos mores §§. 1. et 4. Vol. I. pág. 399.*—Adolescentes, qui in Societatis disciplinam traditi sunt, sic Magister instituat, ut una cum litteris mores etiam Christianis dignos imprimis hauriant. *Reg. Comm. Profess. núm. 1. Vol. II. pág. 203.*—Intelligat (*Praefectus*) se ad id esse delectum, ut omni ope, atque opera Rectorem adjuvet in Scholis nostris ita regendis, ac moderandis, ut qui eas frequentant, non minus, quam in bonis artibus, in vitae probitate proficiant. *Reg. Praef. núm. 1. Vol. II. pág. 196.*—Singulari, aut alternis saltem mensibus, consultationes habeat omnium Magistrorum.... in quibus.... aliquid ex Regulis Magistrorum, praesertim iis, quae ad pietatem, ac morum disciplinam spectant.... recitetur. Moneat autem cuique licere proponere, si quid in iis difficultatis occurrat, aut si quid forte non observetur. *Reg. Rect. núm. 18. Vol. II. pág. 177. et 178.*—Quae de pietate, et disciplina morum, ac de Doctrina Christiana tradenda in Regulis inferiorum Magistrorum; et quae de moribus, ac pietate in communibus omnium Magistrorum Regulis praecipuntur, ut proxime ad salutem animarum spectantia, et toties in Constitutionibus inculcata, sibi praecipue commendata putent. *Reg. Provinc. núm. 40. Vol. II. pág. 179.*—Abstineant omnino (*Discipuli*).... à rebus omnibus, quae morum honestati adversantur.... in rebus denique, atque actionibus omnibus ita se gerant, ut facile quisque intelligat, eos non minus virtutum, vitaeque integritatis esse, quam litterarum, doctrinaeque studiosos. *Reg. ext. Aud. Soc. núm. 6. et 15. Vol. II. pág. 221.*

(101) (Pág. 199.) Honesta aemulatio, quae magnum ad studia incitamentum est, foveatur. *Rat. Stud. núm. 31. Vol. II. pág. 206.*—Det quoque operam, ut... signo aliquo victoriae, Magistri in sua quisque schola discipulos excitent. *Reg. Praef. núm. 36. Vol. II. pág. 200.*—Magistratus eligendi.... qui omnium optime scripserint, summo Magistratu; qui proxime accesserint, aliis honorum gradibus potentur. *Reg. Prof. clas. inf. núm. 35.*—Duas autem fere in partes, ad aemulationem foven-



dam schola dividi poterit; quarum utraque suos habeat Magistratus, alteri parti adversarios, unicuique discipulorum suo attributo aemulo. *Ibid. nüm. 35.*—Concertatio, quae vel Magistro interrogante, aemulisque corrigentibus, vel ipsis invicem inter se aemulis percunctantibus fieri solet, magni facienda, et quoties tempus patitur, usurpanda, ut honesta aemulatio, quae magnum ad studia incitamentum est, foveatur. *Ibid. nüm. 31.*—De praemiis distribuendis... tempestive Superiori in memoriam revocet (*Praefectus*)... det quoque operam, ut praeter publica praemia, privatis etiam, quae Rector Collegii suppeditabit, praemiolis... Magistri in sua quisque schola discipulos excitent. *Reg. Praef. nüm. 35. et 36. pag. 200.*—Extraordinariae exercitationes utilitatem magnam habent: in quibus illud universe dicendum est... ut non memoria solum discipulorum, sed ingenium etiam extollatur. *Reg. Prof. nüm. 32. pag. 206.*—Modo hanc (*exercitationem*) modo illam imperet, nulla enim re magis adolescentium industria, quam satietate languescit. *Ibid. nüm. 24. pag. 205.*

(102) (Pag. 199) Pravas, aut etiam suspectas aliorum consuetudines fugiant (*Discipuli*); cum iis tantummodo versentur, quorum exemplo, et consuetudine in litterarum studio, virtutumque proficiant. *Reg. ext. Audit. nüm. 11. pag. 221.*—In libris ethnicis litterarum humaniorum nihil, quod honestati repugnet, praelegatur. *Const. pars 4. cap. 5. E. Vol. I. pag. 385.*—Quod attinet ad libros humaniorum litterarum, latinius vel graecos, abstinere in Universitatibus quoque, quemadmodum in Collegiis, quoad ejus fieri poterit, ab eis juvenuti praelegendis, in quibus sit aliquid, quod moribus bonis nocere queat; nisi prius à rebus, et verbis inhonestis purgati sint... si aliqui omnino purgari non poterunt, quemadmodum Terentius, potius non legantur, ne rerum qualitas animarum puritatem offendant. *Ibid. cap. 14. §. 2. et D. pag. 397. et 398.*

(103) (Pag. 199.) Hortetur autem potissimum... ad vitandas noxias consuetudines ad vitiorum detestationem. *Rat. Stud. Reg. Prof. nüm. 5. pag. 203.*—Privatis etiam colloquiis eadem ad pietatem pertinentia inculcabit. *Ibid. nüm. 6.*—Confessiones singulis mensibus ut à nemine omittantur, efficiat: jubebit autem eos tradere suum in schedula descriptum nomen. *Ibid. nüm. 9.*—Ab iisdem (*perniciosiis libris*) etiam extra scholam legendis discipulos, quam maxime potest, deterreat. *Ibid. nüm. 8.*—Neque ad publica spectacula, comoedias, ludos... eant (*Discipuli*). *Ibid. Reg. ext. Aud. nüm. 13. pag. 221.*—Nec inhonestum aut dissolutum quid in eis (*Discipulis*) permittat. *Ibid. Reg. Praef. nüm. 43. pag. 200.*—Qui... exemplo suo perniciosi fuerint, sciant se ex nostris scholis esse dimittendos. *Ibid. Reg. ext. Aud. nüm. 7. pag. 221.*

(104) (Pag. 200.) Abstineant omnino (*Discipuli*)... à mendaciis. *Ibid. nüm. 6.*—Abstineant omnino... à detractionibus.

*Ibid.*—Abstineant omnino à jurejurando; à contumeliis, injuriis. *Ibid.*—Abstineant... denique à rebus omnibus, quae morum honestati adversentur. *Ibid.*

(105) (Pag. 200.) Modestiam tum alibi semper, tum in templo, atque in schola potissimum servent. *Ibid. nüm. 14.*—Nec solum disputandi rationem ante praescribat, sed etiam dum certatur, praesens ipse sedulo curet, ut fructuose, modeste, pacate gerantur omnia. *Reg. Praef. stud. inf. nüm. 33. pag. 200.*—In scholis ne hac illac divagentur (*Discipuli*): sed in suis quisque subsellis, locisque, modeste ac silentio, sibi ac suis rebus intenti sint. *Reg. ext. Aud. nüm. 10. pag. 221.*—Serio animum ad studia et constanter adjiciant, sint in scholis mature frequentandis assidui, in audiendis, et recolendis praelectionibus, caeterisque obeundis exercitationibus diligentes... ne scannam, cathedram, parietes, januas, fenestras, neque aliud quidpiam pingendo, scribendo, scalpello, aliave ratione deturpent, seu notent. *Ibid. nüm. 9. et 10.*—Ut stylum scribendo, ac pronunciationem, composita bene pronunciaudo, expoliant (*Discipuli*), curent (*Magistri*). *Const. pars 4. cap. 15. §. 3. Vol. I. pag. 396.*—Laborandum etiam, ut vocem, gestus, et actionem omnem, discipuli cum dignitate moderentur. *Reg. Praef. clas. inf. nüm. 32. Vol. II. pag. 206.*

(106) (Pag. 206.) Provideat, quosnam pro unaquaque facultate Professores habere possit, observatis iis, quae ad eam rem videntur aptiores, qui docti, diligentes, et assidui, ac profectus studentium tum in lectionibus, tum in aliis litterariis exercitiis studiosi sint. *Reg. Provinc. 4. Vol. II. pag. 170.*—Rector autem Collegii id curae habeat, ut videat, num Magistri et Discipuli suum in Domino officium faciant, necne. *Const. pars 4. cap. 6. §. 9. Vol. I. pag. 386.*—Studeat etiam diligenter caritate religiosa Magistrorum fovere alacritatem. *Reg. Rect. 20. Vol. II. pag. 178.*—Audiant aliquando Praeceptores, minimum semel in mense: interdum etiam Commentarios legat à Discipulis exceptos. Si quid animadversum dignum vel ipse observaverit, vel audierit ab aliis, ubi id certo compererit, Praeceptorem perquam benigne, et comiter admoneat, remque totam ad Rectorem, si necesse sit, deferat. *Reg. Praef. 17. pag. 179.*—Regulas Magistrorum inferiorum... perinde ac suas curet observandas. Magistros ipsos juvet, ac dirigat. *Reg. Praef. Stud. infer. 4. pag. 196.*

(107) (Pag. 206.) Bibliotheca communis, si fieri potest, in Collegiis habeatur... praeterea quisque libros, qui necessarii eis fuerint, habeat. *Const. pars 4. cap. 6. §. 7. Vol. I. pag. 386.*

(108) (Pag. 206.) Nullius opera utatur (*Magister*), nullaque in re illos (*Discipulos*) pro schola sumptum facere patiantur. *Reg. Commun. Profess. nüm. 49. Vol. II. pag. 208.*—Videat etiam Rector, ne Magistris... pecuniam, aut dona quaevis